

## Statuta **Wilhelmi.** xliij.

vocatam recepi annuam pensionem ab eis in subsidium fabricae prefate promissam exsoluerent et in locis ubi premissa interdictis eos vel ipsorum liberos obire contingeret possent iidem sacerdotes pro eis non obstante dicto interdicto quod quantum ad id dictus archiepiscopus de consensu simili relaxabat. exequias et missas mortuorum publice admittis ad hec alijs fidelibus celebrare ac defunctorum eorundem corpora ecclesiastice tradere sepulture dummodo ipsi fideles et defuncti nominatum excommunicati vel interdicti. ac dicti defuncti vel heretici non fuerint manifesti. Celebratis vero exequijs et missis huiusmodi pro defunctis eiusdem. eorumque corporibus dictae traditis sepulture Interdictum ipsum. in sua firmitate permaneat ut prius. Et quia idem archiepiscopus certis penas in suis synodalicis statutis expressit quibus sacerdotes civitatis et dyocesis prefatarum incurrerent. qui presumerent interdictam auctoritatem suam seu officium aut archidiaconorum aut decanorum sive quorumcumque aliorum predictorum ipsi archiepiscopo ut predicatur subiectorum posita violare. Soluti quod dicti sacerdotes. qui premissis diebus quibus ex dictis causis ut prefertur interdictum huiusmodi. predictus archiepiscopus de consensu predicto relaxabat. missas divina officia et exequias huiusmodi celebrarent. et ipsorum defunctorum corpora eidem sepulture traderent. prout superius est expressum. penis huiusmodi nullatenus subiacerent prout in patentibus litteris idem confectis vestro sigillo munitis. plenius dicitur contineri. Nos igitur vestris in hac parte supplicationibus inclinati quod super hijs provide factum est ratum et gratum habentes illud auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communitis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere. vel ei ausu

su temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit indignationem omnipotentis dei et beatorum petri et pauli apostolorum eius se noverit incursum. Datum Avinionae. kalendis Julij pontificatus nostri Anno septimo.

Sequuntur alia statuta domini wilhelmi archiepiscopi coloniensis

Wilhelmus dei gratia sancte ecclesie Coloniensis Archiepiscopus. sacri imperij per ytaliam archicancellarius Universis prelati ceterisque clericis et personis ecclesiasticis salutem in domino sempiternam

Contra beggardos et suestriones et eorum receptatores.

Deliminandam pestiferam hominum quorundam. qui beggardii et suestriones appellantur se tam propter vitam et conversationem eorundem suspectam ac propter varios christianorum fidei contrarios quos hijs homines persequuntur errores. olim. bo. me. reuerendi patris quondam heric et walram predecessores nostri. cum homines prescriptos necesse sua contagiosa. ceterorum christifidelium gregem. tanquam oves morbose conuenerent in pluribus synodalibus concilijs. auctoritate eorundem predecessorum nostrorum celebratis varios fecerunt processus. in quibus inter cetera homines predictos et eis comitantes ipsosque hospitantes domos et hospitia eis alicui. seu aliquibus ex eis locantes procedentes aliquid locantes. seu aliquo humanitatis solatio subuenientes eisdem modis legitime premissis et carum et carorum mandauerunt publice nunciari. aliosque multiplices formidabilesque processus ducerent emittendos prout in litteris et processibus eorundem predecessorum nostrorum super his predictis et in publica noticia deductis plenius continetur. Verum quod prout ad nostram nouit non absque displicentia

H. ij.